

Universitätsbibliothek Paderborn

Ioannis S. R. E. Cardinalis Bona Opera Omnia

Tribus Tomis comprehensa

De Divina Psalmodia, Ejusque Causis, Mysteriis, Et Disciplinis, deque variis
Ritibus omnium Ecclesiarum in psallendis Divinis Officiis, Tractatus,
Historicvs, Symbolicvs, Asceticvs. Sive Psallentis Ecclesiae Harmonia -
Opus novum, & curiosum, ac multiplici eruditione illustratum ... Operum ...

Bona, Giovanni

Parisiis, 1678

§. 9. De Ritu Lugdunensis Ecclesiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9929

§. IX.

De ritu Lugdunensis Ecclesiæ.

I. Sancta Lugdunensis Ecclesia Galliarum Primatū insignis propriis ritibus utitur, quos S. Irenaeum Episcopum & Martyrem instituisse, earum partium traditio est. Psalterium in ferias, & horas distribuitur more Romano; sed ad Primam per Hebdomadam nonnisi tres Psalmos recitant *Deus in nomine tuo, Beati immaculati: & Retribue: diebus verò Dominicis novem,* videlicet, *Deus Deus meus respice in me, Dominus regit me, Domini est terra, Ad te Domine, Iudica me Domine, Confitemini, Beati, Retribue & Symbolum Athanasii,* quod quidem Symbolum Primæ Dominicalli omnes Ecclesiæ adiungere consueverunt. Dominicā autem Sexagesimæ, & sequentibus Dominicis usque ad Pascha duos priores Psalmos ad Laudes mutant, & pro Psalmo *Dominus regnavit*, legunt Psalmum 50. *Miserere*, pro Psalmo *Iubilate*, Psalmum 117. *Confitemini*: atque ideo eodem tempore ipsum *Confitemini* omittunt ad Primam, & pro eo substituunt Psalmum *Dominus regnavit*. Hoc excepto in Psalmorum distributione conveniunt omnino cum Romanis: Porro singula Officia à Lugdunensibus sic ordinantur.

II. Nocturnis præmittunt Orationem Dominicam solam, deinde dicunt Versum *Sancti Spiritus ad- sit nobis gratia*, tūm *Domine labia mea aperies, Deus in adjutorium, Gloria Patri, & Invitatorium*. Immediate post Invitatorium dicuntur Psalmi, nam Hymnis carent omnia Officia excepto Completorio. In numero, & ritu lectionum non discrepant à Romanis. Post ultimum responsorium concinunt *Te Deum laudamus* cum Antiphona & *Gloria Patri* ad initium Psalmi: sequitur Verius, quo dicto incipiunt Laudes. Post Psal. Laudum dicto Capitulo, & Versu se-

S f ij

quitur Canticum, omisso Hymno, tum Collecta dicitur, Benedic. Domino, & finis. Prima, Tertia, Sexta, & Nonna convenient cum Romanis, si Hymnos demas, & parva Responsoria post Capitulum. Id quoque notandum quod ante Horas Orationem Domini am solam recitant, & post singulas legunt Psalmum De profundis eum Collecta pro defunctis. Antiphonam de B. Virginie, qua Romani terminant horas, hi nonnisi post Nonnam & Completorium concinunt. Vespertas incipiunt quemadmodum & alias horas, tum dictis Psalmis & Versu, Canticum Deiparæ modulantur. In quibusdam solemnitatibus Antiphonam Cantici septies repetunt & Versibus ipsius Cantici intermiscent. Dicunt postea Collectam more solito, & sic finiuntur Vesperæ. Completorio nullam præmittunt lectionem, sed dicta Oratione Dominica, dictisque Versibus *Converte nos Deus, & Deus in adiutorium eosdem Psalmos concinunt, quos Romani.* Sequitur Hymnus, quem singulis feriis, & festis mutant: statim vero post Hymnum dicitur Versus, omisso Capitulo, tum Canticum Simeonis, postea preces, Oratio, & Benedictio: deinde Psalmus De profundis, ac tandem Antiphona conveniens de B. Virginie. Certis diebus ad Laudes & Vespertas, itemque ad reliquas horas preces habent, Litanias, & Processiones, ac peculiares quosdam ritus, quos brevitatis gratia prætermitto. Ecclesia ista novitates nescit, & ram in cantu, quam in ceremoniis, & aliis functionibus Ecclesiasticis antiquitatis tenacissima est, de qua res sic laudatur a D. (a) Bernardo: Inter Ecclesias Galliarum constat profecto Lugdunensem hactenus præminuisse sicut dignitate sedis, sic honestis studiis, & laudabilibus institutis. Ubi enim æque viguit disciplina censura, morum gravitas, maturitas consiliorum, auctoritatis pondus, antiquitatis insigne? Præsertum in Officiis Ecclesiasticis haud facile unquam repentinis

^a Bern. Epist. 174.

DIVINÆ PSALMODYÆ CAP. XVIII. 629
visa est novitatibus acquiescere, necse aliquando juve-
nili passa est decolorari levitate Ecclesia plena judicii.

§. X.

De ritu Ambrosiano.

I. **M**ediolanensis Ecclesiæ ritus à D. Ambroſio
ejus civitatis Archiepiscopo Ambrosiani di-
cuntur, non quod ipſe institutor eorum fuerit, ut mul-
torum opinio eſt, ſed quia illos auſtoritate ſua, & exi-
mia ſanctitate plurimum nobilitat. Dici autem Am-
broſiani cœperunt paulo poſt ejus deceſſum, ut obſer-
vat doctiſſimus vir Joseph Vicecomes lib. 2. de ritu-
bus Miſſæ cap. 12. qui afferit eam Eccleſiam Miſſæ or-
dinem à S. Barnaba Apoſtolo, paſſandi veſtimentis Regulam
à S. Miroclete Archiepiscopo accepiffe. Paſterium di-
vidunt Ambrosiani in duas partes: primam à Paſtore
primo ad 109. Dixit Dominus nocturnis Vigiliis, ſecun-
dam uſque ad finem diurnis horis affignant. In hujus
ſecundæ partis diſtributione ſequuntur omnino Ro-
manam Eccleſiam. At prima pars in duas Hebdoma-
das diuīſa decem continent decuriās, ut vocant, ſingu-
liſque noctibus una decuria perſolvit, hoc modo.
Prima decuria Paſtoraſ ſexdecim continent à primo uſ-
que ad 16. & paſſalitur feria ſecunda prioris Hebdoma-
dæ. Secunda decuria incipit à Paſtore 17. Diligam te Do-
mine: habetque Paſtoraſ quatuordecim, & expletur
feria tertia. Aliæ decuriæ Paſtoraſ decem conſtant,
excepta ultima, qua octo Paſtoraſ ſunt. Decuria ita-
que tertia pro feria quarta incipit à Paſtore 31. Beati
quorum. Quarta pro feria quinta à Paſtore 41. Quemad-
modum deſiderat. Quinta pro feria ſexta à Paſtore 51.
Quid gloriariſ. Sexta pro feria ſecunda alterius Hebdoma-
dæ à Paſtore 61. Nonne Deo. Septima pro feria tertia à
Paſtore 71. Deus iudicium tuum, & ſic deinceps. Sabbatis, &c.

Sf iii